



SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De Dei donis ac beneficiis: & quòd ea iis, qui honestè viuunt, mercedis loco à Spiritu sancto rependuntur: & quòd venia indigni sint, qui diuinam gratiam muneribus & pecuniis mercantur. cap. cxii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

*Esai. ab-
bays.
Philantia
nihil gra-
uius.* Qui sua dūtaxat causa omnia faciunt, philantia, hoc est malū omnium grauissimū, stu-
deat. Quod quidem hoc affert, ut à societate atque commercio & amicitia quispiam ab-
horreat, iniusteq̃ & impiè se gerat. Natura enim hominem non ut soliuaga animantia
condidit, sed ut gregalia communibꝫque pascuis ṽtētia: ut non sibi ipsi soli viuat, ve-
rū etiam matri & patri, & fratribꝫ, & uxori, & liberis, aliisque cognatis, & ami-
cis, & popularibus ac tribulibus suis, & patriæ, & prouincialibus suis, & omnibus ho-
minibus, atque insuper ṽniuersitatis partibus ac toti mundo, multoq̃ etiam ante Deo &
creatori. Eum enim, siquidem rationis particeps est, societatis coniunctionisque studiosum,
& mundi & Dei amantem esse oportet, ut Deo quoque charus efficiatur.

Euagrii. O quā auersandus & execrandus est cæcus sui amor, cui omnia odio sunt.

De Dei donis ac beneficiis: & quod ea iis, qui honestè viuunt, mercedis loco
à Spiritu sancto rependuntur: & quod venia indigni sint, qui di-
uinam gratiam muneribus & pecuniis mercantur.

C A P. C X I I.

Io. 3. **R**ESPONDIT Ioannes: Nemo potest accipere à seipso quic-
quam, nisi fuerit ei datum de coelo.
*Rom. 11.
Act. 8.* Sine poenitentia sunt dona & vocatio Dei.
Videns Simon, quia per manuum impositionē daretur Spi-
ritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens, Date & mihi hanc
potestatem, ut cuiunque imposuero manus, accipiat Spiritum
sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in
perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Non est tibi
pars neque fors in sermone isto. Cor enim tuum non est rectum coram Deo.
1ac. 1. Omne datum optimum, & omne donū perfectum, defursum est, descendens à
patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

Inerti. Deus eorum, quos beneficiis afficit, saluti vehementius consulens, interdum non statim
Cur Deus dona sua ipsis impertit atque infundit: idq; vtilitatis ipsorum causa: ne scilicet maiori sup-
no statim plicio obnoxij reddantur, qui diuinas gratias proculcarint, earum magnitudinem idcirco
quosdam ignorantes, quod facile ac celeriter eas consecuti sint.
*beneficio
afficiat.* Quæ Pater largitur, ministrante Filio, ac suppeditante Spiritu sancto, non ita largi-
tur, ut fert diuinæ maiestatis potestas, sed ut accipientibus conducit.

De his, qui malo gaudent, ac res improbas amplectuntur, & iustas
aspernantur.

C A P. C X I I I.

Psal. 9. 30 **C**OMPREENDVNTVR in consiliis, quibus cogitāt. Mu-
ta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum iniqui-
tatem. Qui oderunt iustum, delinquent. Benedicentes iu-
stum, hæreditabunt terram.
33. 36
*Prø. 29.
17.* Sapientes & prudentes malos appellant. Viri sanguinum
participes odio habebunt sanctum. Qui iustum iudicat in-
iustum, & iniustum iustum, immundus & abominandus est a-
pud Deum. Qui impium iustū dicit, maledictus erit apud populos, & exosus
inter gentes. Qui lætantur cum malefecerint, & exultāt in rebus pessimis: quo-
rum viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum: quia elongant se à via recta, &
auertunt à iusta sententia. Qui lubens peccat, delectatur pugnis. Quærentē
mala, mala persequentur. Omni tempore oculi malorum expectant mala.
Esai. 30 Væ animæ eorum, quia inierunt consilium malum aduersum seipso, dicētes,
Vinciamus iustum, quoniam incōmodus est nobis. Ergo fructus operū suorum
come-